ριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Κωνςαντινουπόλεως ϗ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ. Idem Imperator Sergio Sanctiſſimo & Beatiſſimo Archiepiſcopo Conſtantinopolitano, & univerſali Patriarchæ. ϗαὶ τὰ καλῶς τοῖς ἀνθρώποις πολλάκις ἐπινενοῆσθαι δοκοῦντα. Tom. I. Juris Græco-Romani pag. 81. Juſtell. pagin. 1371. Legi. Dat. VIII. Kal. Maj. CP. Dominorum noſtrorum piiſſimorum, perp. Augg. Heraclii anno XIX. & Heraclii novi Conſtantini, filii ipſius, anno XVII. Quinta, quod non fas ſit, ut aliquis habitu Sacerdotali amictus, cujuſcumque ſit gradus, aut ordinis, quum ex alia Civitate vel Vico, vel prorſus ex alio loco, in hanc auguſtam urbem venit; in aliquam ex urbanis Eccleſiis, vel quæ in ejus territorio ſunt, abſque diſcuſſione ac mandato gubernantis hanc Apoſtolicam Sedem univerſalis Patriarchæ, immittatur, aut rogas diariorum accipiat, ſive ex aliqua domo auguſta, ſive venerabili orphanotrophio, ſive Xenonibus, aut Monaſteriis, aut ex alia quadam ejuſmodi domo: nec item uti Clericus quocumque modo duabus in Eccleſiis ordinetur. ἐν ὀνόματι τοῦ δεσπότου Ἰησοῦ Χριςοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Αὐτοκράτορες Καίσαρες φλάυιοι, Ἡράκλειος, ϗ ἡράκλειος νέος Κωνςαντῖνος, πιςοὶ ἐν Χριςῷ, Αὔγουςοι. Σεργίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ϗ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ οἰκείῳ πατρί. In nomine Domini Dei Noſtri Jeſu Chriſti, Imperatores Cæſares Flavii, Heraclius, & Heraclius novus Conſtantinus, fideles in Chriſto Auguſti. Sergio Sanctiſſimo & Beatiſſimo univerſali Patriarchæ, patri ſuo. τὴν κοινὴν ἅπασιν εὐκοσμίαν τε ϗ κατάςασιν τῆς εὐδαίμονος ἡμῶν πολιτείας. To. I. Juris Græc. Romani pag. 83. Juſtell. pag. 1373. Sexta, Ecthesis, ſive Expoſitio fidei, ſuaſu Sergii Paariarchæ Conſtantinopolitani publicata anno Chriſti 639. Initium: πιςεύομεν εἰς πατέρα, ϗ υἱὸν, ϗ ἅγιον πνεῦμα. Exſtat Græc. & Lat. in Actis Concilii Lateranenſis ſub S. Martino Papa Anno 649. Actione 3.

Quoniam vero de hac Heraclii Ecthesi ſermo incidit, referri huc juverit Novellas ab Anteceſſoribus Auguſtis Zenone & Baſiliſco editas. Igitur *Zenonis*, qui ab anno 474. ad annum 491. imperavit, Prima *Conſti-*